



**Theses Theologicæ De Gratia, Libero Arbitrio,
Prædestinatione, &c. In Qvibvs Doctrina Theologorvm
Societatis Jesu contra Corn. Jansenii [Iansenii]
Augustinum Defenditvr**

Derkennis, Ignatius

Antwerpiae, 1641

Art. IV. An paruuli ob solum originale puniantur igne?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73715](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73715)

CAP. II. ART. IV. DE POENIS PARVULORVM. 19

filiam fuisse habitam, adeoq; non ob originale: nam reprobari non possunt, si in iniustitia perseverent: perseverare autem possunt, quodcumq; non deieruntur a Deo, quod sit per subtraditionem auxiliij gratia: sine specie enim probabilitatis contra Patrum horum expressam sententiam (qua ex contextu ipso patet) & a Tridentinum, comminicitur a sess. 6. c. 11.
b Ianseniu de erisioem diuinam intelligi subtractionem gratia habitualis, seu sanctificantis. Auxilium igitur b tom. 3. lib.
gratia fuisse insufficato numquam deferit, nisi prius ipsi peccando Deum deferrant; adeoq; nisi hoc peccato prausio 3. cap. 19.
reprobatione possunt.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS exprefse negat ob solum originale posse aliquos addici suppliciis gehennæ.
Vide eius sententias articulo de penitentiis parvulorum.

Scotus in 1. distinc. 41. quest. vniuersal. §. secundum probatur. Cum reprobare, sit velle damnare,
reprobatio habebit ex parte obiecti rationem aliquam; scilicet peccatum finale præsumum.

Huc eius videtur sententia, licet deinde rem in medio videatur relinquare, nihil aperiatur decidendo.
Ex aliis Scholasticis signanter tenet reprobationem non fieri nisi peccatis actualibus adul-
torum prequisitis. HENRICVS Quodlib. 4. q. 14.

CARTHAGENA de Prædict. dif. cursu 12. Conclus. 1. Ambr. Catharinus, & Ioannes à Bononia in
opuscul. de Prædict. Nazarius 1. p. q. 23. art. 3. Conclus. & 6. Occamus in 1. dif. 41. quest. vniuersal. Ga-
briel ibid. art. 2. Guiliel. de Rubione in 1. dif. 40. qu. 1. art. 1. & 2. Camerarius Dialogo de Prædict.
Bacon. Aureolus. Argentina. Albertus Pighius. Eckius. Michael de Medina. Osorius. &c.

ARTICVLVS IV.

An paruuli sine Baptismo vitâ functi puniantur
poenâ gehennæ, siue sensus.

I A N S E N I V S.

THEOLOGI SOCIET.

A Ccuratè demonstratum est parvulos
absque baptismo ex hac vita, dece-
dentes penit non tantum damni, sed in-
sensibilibus ignis eterni plecti. Tom. 2.
lib. 2. de stat. nat. lapſæ c. 25. col. 420.

Longius ab Auguſtini, & fortassis Ecclæsia . . . mente recesserunt Scholastici,
qui paruulis sine Baptismo morientibus,
immunitatem in sensibilibus ignis eterni
penit tribuerunt. Ibidem.

N On videtur diuinæ bonitati
consentaneum, eos eternis cru-
ciatibus addicere, qui nullū actualē
peccatum commiserunt, cum poena
sensus secundum D. Thomam con-
versioni ad creaturam principaliiter
respondeat; & ideo delinquenti infligatur, vt ordo per peccatum la-
sus restautetur, dum inuitus sentire
cogitur ordinem naturæ sua per-
turbari, qui ordinem vniuersalæ na-
turæ debitum peccando violauit.

S C R I P T V R A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

A PO C A L Y P. 18. v. 7. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tor-
mentum, & lucum.

DECRETALES PONTIFICVM.

I NNO QENTIVS III. cap. maiores de Baptismo. Poena originalis peccati est carentia visio-
nis Dei: actualis vero poena peccati est gehennæ perpetua cruciaus.

C 2

SS. PA.

SS. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

GREGORIVS NAZIAN. orat. in sanctum Lauacrum ante medium de infantibus qui sunt baptisno moriuntur sic ait: Nec caelesti gloria, nec suppliciis a iusto iudice afficiuntur.

A V G U S T I N U S lib. 5. contra Julianum cap. 8. alias 11. Non dico parulos sive Christi baptisno morientes tantum poenam esse plectendos, ut eis non nasci potius expedier.

Et infra: Quis dubitauerit parulos non baptizatos, in damnatione omnium lenissimatu-
ros, quae, quibus, & quanta erit, quamvis definire non possum, non tamen audio dicere,
quod eis ut nulli essent, quam ut ibi essent potius expedier.

Atque damnatis omnibus, qui sensibilibus penit torquenda sunt, quae ac iudea proditori emunt pronuntiantur illud Christi: a Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. ut Augustinus ipse super obseruas.

a Matthaei 26. v. 24.

DD. S C H O L A S T I C I

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DTHOMAS de malo q. 5. art. 2. in t. Dicendum, quod sicut communiter dicitur, pecca-
to originali non debetur poena sensus; sed solum poena damni, scilicet carentia visionis
divinae: & hoc videtur esse rationabile propter tria, &c. Explicat ibidem loca D. Augustini ad argu-
menta respondendo.

IDEM in 2. dist. 33. q. 2. art. 1. in corpore: Carentia huius visionis est propria, & sola poena originis
peccati post mortem, &c.

BONAVENTURA in 2. dist. 33. art. 3. q. 1. Paruuli decedentes in peccato originali, & non
cum actuali crimen, nullam habebunt poenam sensus in corpore, aut sensu exteriori.

SCOTVS in 2. dist. 33. q. 1. Videtur Magistrorum esse sententia, quod damnati pro solo pecca-
to originali, nullam habebunt poenam sensus exterioris, puta ignis.

ALEXANDER ALENSIS in 2. q. 122. memb. 10. q. 1. Esset in illo igne ad quem contin-
git duplum, vel ratione ardoris, vel ratione tenetris: ratione ardoris dicuntur esse
illi, qui actualiter peccant; ratione tenetris, qui carent visione Dei, & damnati sunt.
Agit de damnatione paruolorum sine baptismo.

GABRIEL in 2. dist. 33. q. 1. art. 2. Damnati pro solo originali, & non pro actuali crimen,
nullam habebunt poenam sensus in corpore, aut sensu exteriori.

RICARDVS DE MEDIA VILLA in 4. dist. 50. q. vlt. Poena paruolorum dicitur esse
mitissima, quia in ipsis est sola poena damni.

AM BROS. CATHARINVS opusculo de hac re.

Ceteri Theologi fere omnes in 2. dist. 33.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DRIEDO de Gratia & libero arbitrio lib. 1. cap. 2. parte 5. Ex Scripturis sacris per Augusti-
num adductis super hac re, non expressè & efficaciter concludi potest, infantes sine ba-
ptismo decedentes supplicio sempiterni ignis esse cruciando. *Et infra:* Arbitramur huic
modi paruulos sensibili quadam molesta, feo afflictione ab igne, & in igne torqueat, sed non
tam acerbâ, quin sic malint vivere, quam omnino perire: neque Deum actu odientes, neque
actu peccantes, neque contra ordinem Diuina iustitia indignantes, sed permanentes solum
auerter à Deo, habituali quadam auersione cœti.

MAIDER VS 1. 2. q. 83. dub. 2. Paruulos nihil ab inferni igne pati propter peccatum ori-
ginale est communis omnium Scholasticorum . . . adeoque, inquam, hac sententia com-
munis est, vt vel ex eo consensu magnum peti possit argumentum: adeo clari sunt pro ea
Doctores, vt Aduerfarij vix ex Scholasticis habeant, quem pro se producant, præter paucissi-
mos . . . Hæc sententia est probabilior.

ARTI-